Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

suo. et nõ polluent nomẽ eius
quia incensa eis dñi et panes dei sui
offerunt ideo sancti erunt. Sacerdotis et
vile prostibulum non ducet vxorem
nec eam quam repudiauerit a mari-
to: quia consecratus est deo suo. et
panes propositionis offert. Sit er-
go: quia et ego sanctus sum dominus
qui sanctifico vos. Sacerdotis filia si
deprehensa fuerit in stupro: et vio-
lauerit nomen patris sui. flam-
mis cremet. Pontifex id est sa-
cerdos maximus inter fratres suos:
super cuius caput fusum est unguentum
olei. et cuius manus in sacerdotio
consecrate sunt. vestitusque est sanctis
vestibus caput suum non discoope-
riet. vestimenta non scindet: et
ad omnem mortuum non ingredietur
nec super patre quidem suo et
matre non contaminabitur: nec e-
gredietur de sanctis ne polluat san-
ctuarium dei sui. quia oleum sancti un-
ctionis dei sui super eum est. Ego
dominus. Virginem ducet vxorem. Vi-
duam aut repudiatam et sordi-
dam atque meretricem non accipi-
et: sed puellam de populo suo in
quisitam stirpem generis sui.
vt ego gentis suae: quia ego dominus
qui sanctifico eum. Locutusque est
dominus ad eum moysen dicens. Lo-
quere ad aaron. Homo de semine
tuo per familias qui habuerit
maculam non offerat panes de
suo: nec accedet ad ministerium eo
Si ceecus fuerit. si claudus. si ad
parvum aut grandi et torto naso.
si fracto pede. si manu. si gib-
bus. si lippus. si albugines ha-
bens in oculo. si iugem scabie
si impetigine in corpore vel her-
niosus. Omnis qui habuerit maculam
de semine aaron sacerdotis non accedet
offerre hostias domino nec pa-
nes deo suo. Vescetur tamen
panibus qui offerunt in sanctuario
ita dictaxat ut intra velum non
ingrediatur: nec accedat ad al-
tare qui maculam habet: et contami-
nare non debet sanctuarium me-
um. Ego dominus qui sanctifico eos
Locutus est ergo moyses ad a-
aron. et ad filios eius et ad
omnem israel cuncta quae fuerant
sibi imperata: Iam xxij.
Locutus quoque est dominus ad
moysen dicens. Loquere
ad aaron et ad filios
eius ut caueant ab his quae con-
secrata sunt filiorum israel: et ne
contaminent nomen sanctificationis
mihi. quae ipsi offerunt ego dominus
Dic ad eos. et ad posteros eorum
omnis homo qui accesserit de stirpe
vestra ad ea quae consecrata sunt
et si obtulerit filius israel domino
in quo est immundicia perdet an-
timam eius. Ego sum dominus Homo
de semine aaron qui fuerit le-
proso aut patiens fluxum se-
minis: non vescetur de his quae
sanctificata sunt mihi donec sa-
netur. Qui tetigerit immundum super
mortuo: et cui egressus fuerit se-
men quasi contactus: et qui tan-
gerit reptile et quodlibet immundum
cuius tactus est sordidus. immundus
erit usque ad vesperam: et non ves-
cetur his quae sanctificata sunt: sed
cum lauerit carnem suam aqua et
obtulerit sol. tunc mundatus
vescetur de sanctificatis. quia cibus il-
lius est. Morticinum et capturam
a bestia non comedet. nec pollu-
entur in eis. Ego sum dominus Custo-
diant praecepta mea. ut non sub-
iaceant peccato: et moriantur in
sanctuario cum polluerint illud Ego